

Odierna VVestphalia, vera ac vetus Saxonia fuisse prohibetur; cuius limites fuerunt Rhenus ab Occidente, Vlturgis ab Oriente, Phrisia à Septentrione, & à Meridie Hassia montes, quos Obnobios Ptolemæus appellare videtur, ex quibus Ameis flu. oritur, qui Paderbornā & Monasterium medium serè prouinciam interfecit. & per Frisiā defluens fertur in Mare. Cum igitur latius extendantur VVestphaliae fines, in hac tabella Monasteriēsis dīcesis p̄cipue ob oculos ponetur, itemq; Osnabrugensis cūm alias quatuor sīt Episcopatus totius regionis à Carolo Magno instituit. Monast. videlicet, Osnabrugēsis, Padelbornēsis & Myndēsis. In loco igitur Osnabrugēsi habitatoribus satis frēquenti Carolus magnus cūm vicinā VVidekindi arcem iam captam imposito p̄fīdio firmasset, primam ex ædificauit in prouincia Episcopalem ecclesiam, eiq; virū sanctū p̄fecit VVihonē primum eius loci p̄fulem, hominem gente & origine Frisiū. deditq; priuilegiū nouæ Ecclesiae, vt vtriusq; ibi linguae scholæ haberētur, p̄fessentque doctores vjri insignes: eiusq; priuilegiū tenor etiamnū extat. Monasterium aut̄ ter tia erat Episcopalis Ecclesia, quā erexit Carolus Magnus in meditullio regionis Mymingrode dicto, loco qui postea ab insigni ibi fundato monasterio, Monasterium fuit denominatum, ordinauitq; ibi Episcopum Lüdgerum natione Frisiū, fratrem Hildegrini episcopi Halberstadiensis. Huius successor Hermanus dedicauit & consecravit monasterium & ecclesiam trans aquas in titulum & honorem virginis Mariæ, quod breui monasterium ita excreuit, adeoq; factum est celebre vt nomen dederit ciuitati & Episcopo. Anno 1533. & 1534 in hoc episcopatu magna per catabantistas ora est seditio, nam vbi fama percrebusset ibi dominium habere catabantistas, ingens eo malorum hominum affluxit colluuius ac mox ipsorum processit coniuratio, vt etiam nullius potuerit comprimi autoritate. Episcopus ergo urbem valido circumfedit exercitu, opibus Archiepiscopi Coloniensis & ducis Clivensis adiutus. Anabaptiste mēnibus inclusi audacibus eruptionibus laceri sunt hostem, vt nunc his nunc illis Mars prosper adesset, nihilq; penē aliud per menses sex ageretur, ultima Augusti. vrbis ingentibus animis oppugnata, sed urbanis fortissimē resistentibus magna cum clade oppugnatores in castra sunt repulsi. Hinc ciues inflati, Ioannem Leydanum Batauum, infimo quidem loco natum, verū forma, ingenio, facundia, audacia, fraude facinoribusq; p̄stantem, sibi regem, cui rerum omniū potestate facerent, cuiq; quicquid opum, fortunārum aut̄ annōrū supererat p̄mitterent, constituēre: hic fretus seditionis quorumq; expectatione pollicebatur sibi obsidione soluta, exercitus suo per totū orbē graſſari. custodes corporis gramineo & cœlesti coloribus vestiebat, terrenā sc̄ & cœlestem sibi promittens potestatē insigne ferēbat, terre globū duobus gladijs strāfixū. prophetas qui dolos arte neferēt, ad vicinas ciuitates emittebat. vxores duxit quindecim, quotq; voluissent permisit viris habere vxores, cetera omnia esse cōmunia. Mēse obsidionis decimo, impetravit episcopus auxiliares copias, vt vrbe insuperabile fame ad deditiōē cogeret. Orta interea in vrbe seditione, obrūcauit rex 47. ciues, qui conatib, eius repugnabant. Mēse 14. omnibus prop̄e consumptis, cessatum communiter conuiuari, vulgus herbis & radicibus vicitare, canes, feles, mures, glijres in deliciis haberi, cūm nihil superfuisset reliqui, quo miseram traherent animam, corium & pelle cocta contusaq; panis haberi loco cōspit, atq; inter hāc rex mirabili impostura dementat pereentes, vt non ante se perire credant, quām perierint. vrbe

namq;



namq; tandem capta , nihil viatore exercitu insolentius crudeliusq; venabantur absconditos,totosq; decem dies in cædibus vacabant . ludus erat iugulasse hominem, mulieribus parum nisi quæ seditionis autores fuissent . Esculorum apud regem & regales tantum inueniebatur quantum ipsi & suis in tres menses sufficeret . authores calamitatis scelerumq; rex eiusq; primarij cathenis vinciti circunducuntur per vicinâ loca . tandem 1536 . in Februario reducti in urbem Monasterensem , forcipib . candentibus lacerati , tribus ferreis corribus inclusi è turri D . Lambertu sacra in memoria eternam pensiles propendunt . sicq; hoc regnum miserum est finem sortitum . Terram autem hanc Carolus Magnus primum ad fidem Christianam compulit . cæterum cum saepius rebellarent , repetitoq; idolorum cultu Christi religionem spernenter , nec iusurandum quoquis modo aduerterent , vt metu penæ gentis temeritatem compesceret , occultos iudices instituit quibus potestatem dedit , vt quamprimum deierasse , aliquem compresserent , fregisseque fidem , aut aliud aliquod scelus perpetrasset , mox illum ubi comprehendendi posset , pro arbitrio necarent : elegitque ad hoc viros graues ac iustos , qui plectere innocentes haud ab re possent , degenerauit autem hodie hoc iudicium , & ad Scabinos ( vt vocant ) translatum , personas viliores , numero ubique septem , qui & ciuilia tractant negotia , solumq; de criminalibus permisâ potestatem habent . Regio est admodum frigidia , vini & frumenti inops , pane vescuntur nigro , cereuisia potus est . vinum quod Rheno advehitur , magno emitur pretio , eoq; opulentis tantum quamvis raro utitur Bellicosi indigenæ atque ingeniösi , Præsuli Coloniensi parentes . Commandantur autem iure pernæ VVestphalicæ . Imò à Rhenensi oppido ( quod 4. à Monasterio magnis miliaribus distans Ameli fl . adiacet ) ad urbem usque Monast . ager vtcunque amoenus ac fertilis : ab Orientalia autem Frisia Rhenam usque tellus planè arenosa , multumq; deserta . vt iter aliquando per Orientalem Amelis tractum faciens re ipsa compertus sim , non è digitis ( vt aiunt ) suxisse primum autorem distichon istud prouerbiale :

Hospitium vile , gross Brodt / dum Bier / lange Mhle /  
Sunt in VVestphalia , si non vñ credere , loop da .

